Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Fres. Obsecro uos ego uinctus in dno: ut digne ambule
tis uocatione qua uocati estis cũ omni humilitate et mansuetu
dine: cũ patientia supportantes inuicem in caritate solliciti seruare
unitatem spiritus in uinculo pacis: unum corpus et unus spiritus sicut uocati estis
in una spe uocationis uestre. Unus dns: una fides: unum baptisma.
Unus deus et pater omnium qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis:
qui est benedictus in secula seculorum amen. ℣. Lucam.

In illo tempore. Cum intraret iesus in domum cuiusdam principis pharisaeorum
sabbato manducare panem: et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo
quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens iesus: dixit ad le
gis peritos et pharisaeos dicens. Si licet sabbato curare? At illi ta
cuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens
ad illos dixit. Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadit: et non con
tinuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere
illi. Dicebat autem et ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos
accubitus eligerent: dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nup
tias: non discumbas in primo loco. ne forte honoratior te sit inuitatus
a illo. et ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi da huic locum:
et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus
fueris: uade recumbe in nouissimo loco. ut cum uenerit qui te inuita
uit dicat tibi. Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram si
mul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se
humiliat exaltabitur. Feria iiii. iii. respons. Amos prhe.

Et dicit dns. Ecce dies uenient: et comprehendet arator mes
sorem. et calcator uue mittenti semen: et stillabunt montes
dulcedinem: et omnes colles tuli erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel:
et edificabunt ciuitates desertas. et habitabunt eas:
et plantabunt uineas. et bibunt uinum earum: et facient hortos.
et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam.
et non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis: dicit dns omnipotens.
Scuelo illi. Congregatus est omnis populus quasi. l. l. Esore.